

P E T R U S V R S E O L U S ⁵³ II.

D U X XXVI.

Creatus Anno 991. Obiit Anno 1009.

V E T V S E L O G I V M .

*Subiugo Dalmatiam Communis commoditate : Sponte bona multi
colla dedere ingo .*



Bellum in Deum , divorumque Imagines gestiente
Græco, ita prævalere Barbari & Piratæ, quod Histria,
Dalmatia sedibus quasi, exciperentur avitis. Tantis
calamitatibus cum se eximere non valerent Illyrici,
ad Venetos confugerunt Græco annuente Cæsare:
quorum imperium gerebat Petrus Vrseolus Secundus, cui parens
Vrseolus primus Cornu prædixerat, & Cornucopiam. Idea illi Prin-
cipis Sancti, Imago paterna, à quâ pro summo erat, Iustitiâ non esse
degenerem: major tamen evasit foederibus, atque triumphis. Eo
namque vivente, totâ namque Græcia Veneti mercatores à teloniis
& vectigalibus navigarunt immunes. Italia, Syria, Ægyptus non si-
ne honore, D. Marci suspexere vexilla. Histri ad Venetæ classis
D 3 appul-